

I N C I P I T . T A B U L A .

C A P I T U L O . P R I M O .

R A T I O . Arabum .

Indeo iram & misericordiam ponunt.

Quod inst ipsum uerum est, solis puris quale est uidetur.

Quos deus obdurauit, nemo molliet aut instruet.

Quo ore non opere uirtutem laudant, se ipsos decipiunt, nihil aliud nisi detrimentum anime sue lucrantes.

Cum omnis qui peccat, seruus peccati sit, ille tamen seruus est sordidus, qui cum peccati sit seruus, se lotum & liberum ostentare conatur.

Secta M. aumet promittit summum bonum idest deum dicens q. diuitie nostre erunt ipse deus.

Qui cum sibi uerum offertur, falsa complectitur, illis similis est, quibus ignis accensus extinguitur, tenebraeque succedunt. Siue illis qui nube corrupta tonitrua fulguraque gestant preoccupati, aures timore mortis obstruunt, atque nimio fulguris ipsius splendore uisu fere priuantur. his autem serenitas turbationem, tenebrae quietem inducunt. Uisusque et auditus diuine omnipotentie ab his procul existit.

Veritas lux est. Falsitas tenebrae.

Incontinens similis est illi cui ignis accensus extinguitur.

Intemperans illi qui lumine magno cecatur, sonituque surdescit.

Precepta dei ad homines.

Inferi. Paradisi uoluptates.

Multum sunt boni recto calle gradientes, mali autem plures.

Inimicus sibi ipse supplicium est.

Creatio Ade & preceptum ad eum.